

Dixit Ieremías:

- ¹⁰ **A**udívi contumélias multórum
et terrórem in circúitu:
«Denuntiáte, et denuntiémus eum».
Omnes pacífici mei observábant lapsum meum:
«Forte decipiétur, et prævalébitus advérsus eum
et consequémur ultiónem ex eo».
- ¹¹ **D**óminus autem mecum est quasi bellátor fortis;
idcírco, qui persecuúntur me,
cadent et infirmi erunt.
Confundéntur veheménter, quia non prosperáti sunt;
oppróbríum sempitérnum, quod numquam delébitur.
- ¹² **E**t tu, Dómine exercítuum,
probátor iusti, qui vides renes et cor,
vídeam, quæso, ultiónem tuam ex eis;
tibi enim revelávi causam meam.
- ¹³ **C**antáte Dómino, laudáte Dóminum,
quia liberávit ánimam páuperis
de manu malórum.

Verbum Dómini.